

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

De paritate gaudii.

D

Solet etiam quæri, An in gaudio disparés sint, si-
ut in claritate cognitionis differunt? De hoc Aug.
ait, Multæ mansioñes in vnā domo erunt, scil. va- Tract. 67. ad illud Ioan.
riæ præmiorum dignitates: sed ubi Deus erit in o-
mnibus, erit etiam in dispari claritate pér gaudiū: 14 In domo patris mei; tom. 9.
vt quod habebunt singuli, commune sit omnibus:
quia etiam gloria capitis omnium erit pér vincu-
lū charitatis. Ex his datur intelligi, quod pér gau-
dium omnes habebunt etsi disparem, cognitionis
claritatem: quia per charitatem, quæ in singulis e-
rit perfecta, tan: um quisq; gaudebit de bono alte-
rius, quantum gauderet, si in seipso haberet. Sed si
pariter cunctorum gaudium, videtur quod par sit
omnium beatitudo: quod constat omnino non
esse. Ad quod dici potest, quod beatitudo par esset,
si ita esset par gaudium, vt etiam par esset cogni-
tio: sed quia hoc non erit, non faciet paritas gau-
dii paritatem beatitudinis. Potest etiam accipi
par gaudium: vt non referatur paritas ad inten-
tionem affectionis gaudientium, sed ad vniuersi-
tatem rerum, de quibus lætabitur: quia de omni-
re, vnde gaudebit unus, gaudebunt omnes.

Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium. E

Post hoc quæri solet, Si beatitudo sanctorum ma-
ior sit futura post iudicium, quam interim? Sine
omni scrupulo credendum est, eos habituros ma-
iorē gloriam post iudicium, quam ante: quia &
maius erit gaudium eorum, vt supra testatus est
Aug. & amplior erit eorum cognitione. Vnde Hiero-
nimo ad iudicio ampliorem gloriam suæ claritatis Gloss. ordin.
Deus demonstrabit electis. Si quem mouet, quid super Osea
opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in re- 6. ad illud:
surrectione recuperare, si eis potest sine corporibus Venite Gre-
summa beatitudo præberi, difficilis quæstio est, uertamus.
nec potest à nobis perfectè definiri. Sed tamen du-
biū non est, & raptā à carnis seculib. hominis mē-
tem,

Super Gen. ad literam, L. 12. cap. 35. in princ.

tem, & post mortē ipsa carne deposita nō sic vide-
re posse incommutabilem substantiam, i. Deum,
sicut sancti angeli vident, siue alia latenteriori cau-
sa: siue ideo, quia inest ei naturalis quidam appe-
titus corpus administrandi, quo retardatur quo-
dammodo, ne tota intētione perget in illud sum-
mum cœlum, donec ille appetitus conquiescat.
Porro si tale sit corpus, cuius sit difficilis & grauis
administratio, sicut hæc caro, quæ corrumpitur
multò magis auertitur mens ab illa visione sum-
mi cœli. P. oīnde cum hoc corpus iam non anima-
lē, sed spirituale, recepit æquata angelis, habebit
perfectum naturæ suę modum, obediens & impe-
rans, viuificata, & viuificans, tam ineffabilifabili-
tate, vt sit ei gloriæ, quod fuit sarcinæ.

*Ibid. paulo
inferius.
2. Cor. 15. f.*

SI MALI IN INFERO PECCABUNT.

DISTINCT. L.

*Aug. in En-
chir. c. III.*

Hic oritur questio, ex præmissis ducens originē.
Supra n. Aug. loquens de malis in inferno da-
mnatis, & bonis in cœlo glorificatis, dixit, quod
nec bonis voluntas, nec malis facultas esse peccādi
poterit. Et de bonis quidē constat, sed de malis à
quibus voluntatē malam non remouet, queritur
quomodo sit verum eos non posse peccare: imo,
quomodo verum sit eos non peccare, cum malam
habeant voluntatē? Quidam autem illam vo-
luntatē nō esse peccatum, sed supplicium tantum.
Alii vero peccatum esse fatentur, sed per illud eos
non mereri aliquā pœnā: quia nō est ibi locus me-
rēdi. Illud ergo peccatum dicunt nō esse meritum
supplicii, sed supplicium mali meriti, quod in hac
vita præcessit. De hoc a. Aug. ita dicit. Tempus ac-
quirēdi vitam æternam in hac tantum vita Deus
hominib. dedit, ubi voluit etiam pœnitētiā esse
fructuosam. Ideo hic pœnitētia fructuosa est, quia
potest hic homo deposita nequitia benè viuere, &
mutata voluntate, merita operaq; mutare, & ea

*In lib. de fide
ad Petrum,
ca. 3. 26.*

gere
fecer
secul
etū c
pœn
tatis
vt nu
justi
sem
tam
cut i
mal
run
gelis
requ
volt
perf
tibu
qua
lust
app
stur
ran
pœn
nul
H
uol
ter
por
etsi
me
luc
dic
ma
eru
De